

animantibus iure meritissimo anteposendum existimaretur.
 Non ego quidem adino leoni fortitudinem, non cervo veloci-
 tatem, non pulchritudinem pavoni, non suavitatem cantus lusi-
 cinis, non denique vastitatem corporum marinis piscibus. Sit
 sit leo fortis, sit velox cerva, habeat pulchritudinem pavo,
 cantus suavitatem luscinia, extollant grandia vastaque
 corpora cete; at certe non ideo pulvis proferenda
 existimo, illa enim laudem merentur, non sibi ipsi solum
 propriam, sed etiam alijs plurimis communem: fortis est
 leo: at etiam taurus, panthera, et alia quaedam animantia;
 velox est cerva: non minus lepus, lepore et dama; formosus
 pavus: non cedit illi struthio, et ea volucris, quae ob suam
 pulchritudinem paradysiacam nunguntur; excellit cantus
 suavitatem luscinia: quidni acanthus et alauda; denique
 grandia corpora habeant cete: at non minus vasto corpore
 alij pisces marini, imò et terrestria quaedam animantia,
 elephas videlicet et camaleon conficiuntur: at vero non
 leo, non cerva, non lepus, non elephas et camaleon, non
 luscinia aut acanthus, non denique grandia cete tam nobis
 lem habeant originem, ut pulvis noster, illa enim communi
 forte aut in terra aut in aëre, aut in aquarum vortibus
 nascuntur, solus solus pulvis ex domine ducit originem, solusque
 pro sua patria domine gloriatur; quidni igitur pulvis
 quippiam prestantissimum animal dixerit, quidni omnibus relijs
 animantibus ob patriam dignitatem anteposuerit!